



cuius latus est rei æstimatio. Cum ex illo in



residuum fiet numerus rerum quod omisſum est neſcio quomodo. Supponatur ergo & aſſumatur quod neceſſarium eſt vt a d, ducta in a c, detracta a f h, id eſt in ſuperficiem g e c producat numerum æquationis. Numerus ergo producit ex g d in d f ducto rectangulo in lineam compoſitam ex g d &




duplo f d. ſi igitur d f conſtituatur binomiũ aut reſiſum & d g numerus tunc e c, erit numerus: & numerus æquationis compoſitum ex *ita* nam producit vt viſum eſt ex g f & f d in d g & inde in f d, f d autem & d g componunt f g.

*In arte Mag.
cap. 25.*

Scholium primum.

Quod autem aſſumptum eſt ſcilicet quod ſi ſuperficies f b eſſet numerus rerum & ex latere c e in e f fiat numerus æquationis



quod latus e c, erit res conſtat quoniam ex b e in c e fit cubus ex definitione, ex b c in e f numerus æquationis ex ſuppoſito & b f ſupponitur numerus rerũ & ex b c in b f fit quantum ex b e in c e & e f pariter accepta, igitur b e eſt res quod erat demonſtrandum.

Scholium ſecundum.

Et quia ſupponitur res binomium vel reſiſum & numerus æquationis numerus vere, & ille fit ex a d in g e c, ergo g e c eſt binomium & reſiſum. Cum tota ſuperficies ſit numerus ſcilicet rerum igitur a f eſt contrarium g e c ſcilicet vnum binomium alteram reſiſum.

Tertium Theorema Propoſitio quinta.


Si circa Diametrum quadrati duo quadrata in directum coniuncta conſtituta ſint corpusque propoſitum, fuerint autem duo parallelepida rectangula ex quadratis in alterius latera ſimul iuncta æqualia dimidio corporis propoſiti; erit cubus totus æqualis corpori propoſito eique corpori quod ex latere quadrati totius in ambo quadrata producit. Quod ſi cubus totus æqualis ſit ſolido alicui & ei quod fit ex latere ſuo in duo quadrata eodem modo circa diametrum conſtituta quæ totum quadratum complent

Tom. IV.


corpori: erunt duo corpora quæ ex lateribus quadratorum mutuo ſiunt in ipſa quadrata pariter accepta dimidio corporis propoſiti æqualia.

Sint quadrata a b, b c poſita ad diametrum quadrati a c ita vt ipſum compleat, eritque b d latus b c, b e latus a b d e latus

Cor.



a c, ſint autem duo parallelepida ex e b, in b c, b d in a b æqualia dimidio corporis f g, quod ſit f dico cubum d e lineæ æqualem eſſe ei quod ſit ex d e in a b, b c quadrata cum corpore f g toto. quod ſi fuerit cubus d e æqualis corpori f g cum eo quod ſit ex d e in a b & b c dico quod mutua ex b d in a b & b e in b c pariter accepta erunt æqualia f, cum enim cubus d e ſit æqualis cubis d b, b e cum triplo mutuorum b d, in b a & b c in b e, hæc autem mutua biſ ſumpta ſint æqualia ex ſuppoſito corpori f g, erunt cubi b d, b e, cum mutuis ſemel b e in b c & b d in b a, & corpore f g æqualia cubo d e: at cubi b d, & b e cum mutuis ſemel b e in qua-



dratum b c & b d in quadratum a b ſunt æqualia ei quod ſit ex d e in a b, b c eo quod ex d e in a b ſit cubus a b & mutuum ex b d in a b & ex b e in b c ſit cubus b d & mutuum b e in b c, igitur cubus d e eſt æqualis ei quod ſit ex d e in a b & b e quadrata cum corpore f g quod eſt primum. Conuerſum etiam ex hoc per ſe eſt manifeſtum nam cubus ſit æqualis f g & ei quod ſit ex d e in a b, b c, & etiam cubis b d & b e, cum triplo mutuorum quod autem ſit ex d e in a b, b e eſt æquale cubis b d & b e, cum mutuis ſemel ſequitur ex communi ſententia quod duplum mutuorum eſt æquale f g, igitur talia mutua cum ſint dimidium talis dupli erunt æqualia dimidio f g, i f.

Ex hoc igitur ſequitur quod cum id quod ſit ex b e in a b, b c ſit quadratum d e quæ eſt latus cubi totius ſumpta ſecundum numerum a b & b e, quod ſi ex talibus mutuis ſemel fiat aliqua quantitas puta f quod duplum eius quantitatis ſumptum vt numerus & cum numero rerum æquali duobus quadratis propoſitis quod hæc æquabuntur cubo illi & conuerſo modo. Si igitur ſupponamus quod a b & b c gratia exempli 13. & mutua iuncta ſint 30. id eſt corpus f erit totum corpus f g, ideſt duplum & eſt 60. cum rebus 13. numero æqualia toti cubo d e. Igitur argumentum valebit: cubus d e, eſt æqualis 13. rebus 60. igitur ſi ex 13.

Cor.

P p 3 fece-